

Credebam hoc olim adolescens, quum neq; arbitrari, ne-  
dum censere quidquam hujus rei possem, subjectus adhuc in scho-  
lâ triviali patriâ *Naumburgensi* præceptorum ferulæ, & quidem,  
quos honoris & venerationis causâ nomino jam in Domino piè  
defunctos, M. PAULLI MULLERI Wittenbergensis t. t. Recto-  
ris, postea Doctoris Theologi & in Academiâ Juliâ Professoris &  
Superintendentis, ac, extremis temporibus, Ephori Pastorum in  
Ducatus Brunovicensis parte Guelphico-Calenbergensi Generalis,  
itemq; M. TOBIÆ Echarti Delitiani, quorum manu ductione  
non semel publicè declamitavi: quod idem postea in *Academiâ  
Salanâ* sub Viro Excellentissimo PHILIPPO HORSTIO Bruns-  
vigatæ Facultas inibi Philosophicæ totiusq; Academiæ Seniore ve-  
nerabili pertexui, cujus directione anno hujus sæculi XXIX<sup>no</sup> in  
festô Michaëlitico unâ cum JOHANNE **Bock** Salfeldiâ Thu-  
ringo, JOHANNE STEPHANO Götzio Nassachiâ-Franco &  
JOHANNE FRIDERICO LERCHENFELDERO Ratisbonâ-Ba-  
varo in splendido procerum Academicorum confessu & spissâ  
studiosorum coronâ panegyricam Oratoriam de *Angelis* celebravi.  
Et ipse mecum deinde deprehendi, non parvam mihi ex hisce ex-  
ercitationibus fiduciam & in loquendo seu disserendo audaciam,  
honestam tamen, natam fuisse: proinde etiam quum postea,  
DEO sic disponente, vitis mihi sive centuriatus Scholasticus tra-  
ditus esset, videremq; idem urgeri à M. SIXTO BERTRAMO,  
cui datus eram optio, Scholæ Naumburgensis Rectore, Doctore  
hodie Theologiæ & Pastore Udalriciano apud *Hallenses in Saxoni-  
bus*, Ad finem meo plurimum honorando, ejus postquam vices mi-  
hi traderentur, in hoc quoq; gymnasmate vestigiâ pressi, licet illud  
postea frequentius & felicius continuaverit meus in Recturâ  
Scholæ patriæ successor M. JOHANNES SEBASTIANUS  
**Mitternacht** / hodie Illustris *Ruthenæi*, quod est / Geræ ad Ely-  
strum, Rector: ego enim statim anno hujus sæculi XLI<sup>mo</sup>, de quo